Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

cohortem. Et exuentes eum clamide coccinea circũdederunt ei. Et plectentes coronam de spinis posuerunt sup caput eius. Et harundinẽ in dextera eius. Et genu flexo ante eũ illudebant dicentes. Aue rex iudeorũ. Et expuentes in eum acceperunt harundinẽ et percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei exuerunt eũ clamide et induerunt eum uestimentis eius et duxerunt eũ ut crucifigerent. Et exeuntes aut inuenerunt hominẽ cyrineũ nomine simonẽ hunc angariauerunt ut tolleret crucẽ eius. Et uenerunt in locum qui dicitur golgotha quod est caluarie locus. Et dederunt ei uinũ bibere cum felle mixtũ. Et cum gustasset noluit bibere. Postquam autẽ crucifixerunt eũ diuiserunt uestimenta eius sortẽ mittentes. Et sedentes seruabant eum. Et imposuerunt sup caput eius causam ipsius scriptam hic est rex iudeorũ. Tunc crucifixi sunt cũ eo duo latrones unus a dextis.